



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 515. Hormisdæ Pap. Annus 2. Anastasii Imp. 25.
Theodorici Reg. 23.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

IESV CHRISTI

Annus 515.

HORMISDAE PAP. ANASTASII IMP. 25.
ANNUS 2. THEODORICI REG. 23.

I. VITALIANVS VRGET ANASTASIVM IMP.

NOVVS ANNUS, qui numeratur Christi quingentesimus decimus quintus, Anthemij & Morentij Consulatus nomine consignatur, sub quo ita de Vitaliano Magistri militum conatu adversus Anastasium Imperatorem ob Catholicam fidem suscepto Marcellinus habet in Chronico: Vitalianus eidem Anastasio inmaniter factus est inimicus: praevisis suorum equitibus, armatisq; natisq; sinistro sibi litore decurrerunt, ipse pedum armis sicutus diximense pradium ingressus est, totumque loci palatium habuit mansorem.

II.

Missi sunt ad Vitalianum Senatores, qui pacis cum eo leges componerent. Nonaginta auri pondera, exceptis regalibus numeribus, pro pretio tunc accepit Hypaty, iam mille centum auri libris cum Vranio captivo sibi a suis in Sozopolis oblati. Magister militum Vitalianus per Thraciam factus, Hyazium, quem captivum ceteratamq; apud Acres castellum tenebat, Puerus suu remisit a suoculo. hac de rebus gestis Vitaliani summam complexus, multis omisit, ut inter alias conditiones, quod Concilium Oecumenicum coegerit, quo lan cineta diu Catholica fides in pristinum candorem restitueretur, iur & cariturq; ibidem causa expulsi Episcoporum.

III.

Cum vero tante rei praestanda summam esse scirent apud Romanum Pontificem, tum ipse Anastasius Imperator legatum misit Patricium virum clarissimum, Alcumem Hormisdam Papam, tum etiam Vitalianus (ut restantur litte e iuldem Pontificis suo loco inferendis recitanda) legationem direxit Romam ad eundem Ecclesiae Romanae Pontificem. Desiderantur tamen ipse litte Vitaliani, Anastasij autem extant, quas, facta collatione duorum codicum, mensis emulatas (quantum licuit) hic legedat integras exhibemus; atq; primum quo hoc anno datae reperiantur mense Ianuarij sic habent:

Victor Anastasius, Pius, Felix, Inclytus, Triumphator, semper Augustus, Hormisda sanctissimo ac religiosissimo Archiepiscopo & Patriarcho.

IV.

Beatitudinis vestrae non putamus ignotum, quod pro temporis qualitate loquendum atq; recedendum, ac iam diuine Scripturae prouisa est admonitione dispositum. Exaetum prouidens scilicet tempus incitamenta nobis loquendi concessit. Atq; ideo opportunum esse persequimur, quae apud nos sub religionis specie commouerunt, auditis vestris committere. Ante hoc scribendum duritia eorum, quibus Episcopatus, quem nunc geritis, etat sollicitudo commissa, tempore nos transmittendus sciebat epistola. Vides haereticum, quauq; pugnacul ablit, ut culpam suam lugens deprecetur, cum non suae ipsius adscribat conuulatae & impietati, quod deliquisset, sed Gelasij atq; Symmachij praedecessorum tribuat asperitati. Sed pergit:

V.

Nunc autem currens de vobis suavis opinio, ad memoriam nostram bonitatem paterne affectionis adduxit, ut illa requiramus, quae Deus & Salvator noster sanctus Apostolus diuino sermone docuit, ac maxime beati Petrum, in quo fortitudinem Ecclesiae suae constituit. His igitur praefatis intus, hortamur, ut ad ea, quae de Scythiaribus mota sunt, vnde & Concilium sibi conuenire persequimur, mediatorum se Apostolatus vestri faciat: ut contentione ab amputatis, vnitae sanctae restituantur Ecclesia. Nobis autem omnia optata praesentantur si orationibus vestris & frequentis paginarum allocatione nostri memores fueritis. Data pridie Idus Ianuarij Constantinopoli, & accepta Anthemio & Florentio VV. CC. Coss. quinto Kalendas Aprilis, per Patricium.

VI.

Cum igitur tanta polliceretur Anastasius, nempe se arbitrum controuersiarum & sequestrem pacis appellare Ecclesiae Romanae Pontificem; quomodo potuit Vitalianus eidem non adhibuisse fidem: praefertim cum addiderit literas ad Senatuum populumque Romanum, quibus cum hortatus est, ut funderet Hormisdam Papae sedulam adhibere diligentiam, ut pax conciliaretur cum Ecclesia Orientali.

Annal. Eccl. Tom. 6.

tali. Non extant ipsae quidem literae ab Imperatore ad Senatuum datae, sed earum ipsius senatus litterae ad eum redditae meminerunt, quae suo loco inferius describentur.

Eidem quoque Patricio misso ab Imperatore ad Hormisdam Papam legato Dorotheus etiam Episcopus Thesalonicae litteras ad ipsum Pontificem dedit, quibus eius electioni congratulatus est, quod sublato Ecclesiae Romanae schismate, omnes in eius electionem coeulescent; simul etiam ea, quae sunt ad vnitatem Ecclesiae, se optare significans, utpote qui desideret sedis Apostolicae dignitatem omnibus esse consulum. litterae autem sic habent:

Sacro beatissimo & comministro Papa Hormisda Dorotheus Episcopus in Domino S.

At quodam loco cuncta beatissimum diuinorum preceptorum promens miracula, Salomon: Sicut aqua frigida anima sitienti suavis est; sic benignum nuncium longinquus ex terra. Et factus David spiritumalem pulsans lyram psallit: Quam speciosus pedes eorum qui euangelizant bona, sic equidem & nos cunctos docent. Quod autem est ita anime hominis suauitate, aut quid ita impingatur ossa, quae specioso nuncio cognoscere verae pacis nuntiatorem, & reuera nuntiam errantes propugnatores fides ad Ecclesiarum sanctorum transire gubernaculorum, & tamquam ex arce quadam ad consensum Dei congregare dispersa; & ordinum quidem ad principatum tua sedis sustinantes, videri autis fratris supplicationibus annuentes, membra Ecclesiae, quae vobis Christus & Deus noster creditur, conuenienter prius concordiam, ad vnitatem venire, & praecedentem diuisionem atq; inuidiam, vestra tantum ordinatiouis permere calculo, & nunc in concordiam atq; societatem confluere omnem terminum sancta illius Ecclesiae?

Hec didicimus non ante multa spatia temporis: sperabamus autem & antiquam consuetudinem cognoscentes Ecclesiae, & vestrum audientes sociale & irreprehensibilem morem, ex vestris litteris firmiora atq; manifestiora cognoscere. Sed quia tempus hyemis ad haec vos implenda reuocasse consideratur, & aprum & debitum fuit & plenam Dei amantibus, charitatem etiam habere transire, scribo & alloquor beatum vestrae sanctitatis caput, significans colere nos beatae sedis sacratissimi Petri Apostoli, quo Iulij regitur manu, qui suscepit non qui honorem aperet, sed qui rapere ab eo, & sicut sermo multiplex tradit, & nos ita se habere credimus nutritorem pacis, & recta fidei certatorem, & humilitate mentis & charitate, quae circa cunctos est, tamquam pretiosissimis lapidibus coronatum.

Etenim cuncta te volo, venerandus Pater, agnoscere, quod ex antiquis sanctis & venerandis Patribus suscipimus illius beatae sedis affectum, ad hanc tamquam paternam sortem exstingendi, addere hoc opto atque festino, ut veniat in hoc finis terminus vtilis humanitate quidem Domini & Dei nostri Iesu Christi, intercessionibus autem in cunctis beatissimi Apostoli Petri, & in omnibus sapientissimis Pauli, & veneranda eorum sedi & tuae beatitudini in se debitas honor cultusq; atq; reddatur, ut nostris temporibus, vel secundum principatum sedis Apostolicae honorem congruentem suscipiat, omnis discordia recedat, & Ecclesiae omnium vestrum Catholica voluntate, Dominietate & Dei nostri Iesu Christi, & Nestorium & Eutychem impio, & horum errantia dogmata, & qui horum suere sectatores aut extant, & omnem haereticam anathematizent semper, & rectam adque incontaminabilem silem incensum, tamquam anchoram certis atq; firmam rotant, & parent iam partem, nulla (quod absit) impediante; praefertim venerando capite vestro (sicut didicimus) homines contentiosos horrent, quibus & vita & esca est sacerdotum Dei inter se altercantium separatio: qui non ab omnibus velociter cogniti, anquam lupi in vestimentis ouium, facile ab Apostolica Ecclesia repellantur.

Ista nunc scripsi beato capiti vestro per Patricium virum spectabilem, communem filium, & conuictudinis affectu superans rationem, & circa illam beatam silem charitate deuinctus, & omni die videre desiderans congruentem atque debitam venerationem ei feruari. Scribe igitur, in cunctis beate, tamquam unanimi & optantiam animam quog, offerre pro fide Orthodoxa & Ecclesiarum pace sanctorum, & ut cessantur veneranda sedi in omnibus beati Petri conuenientia: quod facile fiet, ordinata vnitae cunctorum, & omnium ad vos tamquam ad signum firmamentum portum. Divisiones etenim contra conuenire conueniunt, & exini decencia non ser-

VII.

VIII.

DOROTHAEUS

PROB.

APUD

REB.

PLACID.

SCRIP.

HUMAN.

X.

XI.

ADDA.

TUR.

U.

U.

U.

U.

U.

U.

H. H. H. H.



uant. Omnem fraternitatem, qua est vestra sanctitati coniuncta, & ego, & qui mecum sunt, multum in Domino salutamus: Et alia manu: Saluari me in Domino orate sanctissimi & beatissimi Patres. Ad calcem hæc in codicibus addita: Accepta epistola Dorothei Episcopi Thessalonicensis Ecclesia missa per Patricium V. C. sub Dat. quinto Kalendas Aprilis, Florentio V. C. Consule. hæc tunc ibi, quæ obliuiscenda sunt, ut potuimus, refarciunt, pristino sensui reddere laborauimus, quam quidem epistolam acceptam intelligas quinto Kalendas Aprilis, quæ item die Anastasij Imperatoris litteræ ad Hormisdam, per eundem Patricium allatæ, acceptæ habentur, scriptæ verò (ut vidimus) pridie Idus Ianuarij.

XII. Quod autem spectat ad Thessalonicensis Ecclesiæ statum, hæc accipe: primum ex litteris Anastasij conlatæ, ipsius Episcopum antea ex decreto Romani Pontificis, vna cum fidei Catholice professione, damnasse nomē Acacij. Id quidem significatum fuisse sibi ex litteris Laurentij Episcopi Lignidi, restatur ad eum referibens Gelasius b. qui postea in epistola ad Episcopos Dardaniæ & Illyrici datam in contrarium veram affirmat, nimirum Thessalonicensis Episcopum esse hæreticæ vniuersæ communionis pollutum. Quod verò pertinet ad Dorotheum hunc, de quo est sermo, Thessalonicensis item Antistitem, & sum timore & minis Imperatoris adactum, contumaciter cum Timotheo Episcopo Constantinopolitano hæretico, suo locuti dicendum erit.

XIII. Quod autem Hormisdæ Papæ inter hæc ambigua agendum fuit, litteris ipsius Imperatoris Anastasij prouocato, quem ipse cuperet ad fidem Catholicam & Ecclesiæ vnitatem remeare, & cum eo Orientalem Ecclesiam reuocari simul: nisi ut humaniores eidem redderet, à quo acceptat, litteras, polliceretur quæ se missurum legatos accuratissimos, qui rem essent penitus exploraturi? Sic igitur pridie Nonas Aprilis ad litteras Imperatoris acceptas 5. Kal. eiusdem, ita Hormisdæ rescripsit.

Gracias supra virtutem, quæ per vestra pietatis assatus duritiam dignata est terminare silentium, tale prestans colloquutionem exortum, ut de vestra clementia prosperitate letemur, & ad vnitatem, Deo donante, reuerti posse sanctam consideramus Ecclesiam. Hoc ipso supra clementiam, hæc & prædecessorum nostrorum fuit semper oratio: quos etiam rerum alium paterna traditionis ministris, & vestra fidei declarant fuisse custodes. hæc prudenter Hormisdæ, defendens res gestas prædecessorū Pontificum, quos suis litteris Anastasius Imperator arguerat nimis fuisse duros. Sed pergit: Pax est enim totius bonitatis initium: quæ nihil quantum ad Catholicæ fidei cultum validius, nihil estimari oportet excelsius: pro hac felicitate facere & cuncta sustinere conuenit, qui sanctarum Scripturarum probabilis cupit esse discipulus. Hanc omnium bonorum matrem & nutricem Christum Dominum nostrum suis constat prædicasse discipulis, dicentem: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Quam vos religiosi curâ proposuistis, Domino aspirante, prouidentes, de Orthodoxæ concordia cæcitate Ecclesiæ in beati Apostoli Petri reuerentia diuinitus specialiter præcepta seruantes. Quæ res maiorem superius fauoris defensionem vestrae clementiæ Impericis. Recte et in oblata Deo venæ uitæ inexpugnabilem deuotum mentibus mirum defensionis indulget.

Proinde omnipotentem Deum fuisse precibus exoramus, Et qui vobis studium quæpendæ Ecclesiæ pacis indulget, ipse quoque sub consensatione Catholice fidei desiderio vestro super hac parte præstet effectum. Præterea directis ad nos sacris assatibus commemoracionem sancti Concilij facere pietas vestra dignata est. De qua re tunc plenissimum poterimus præbere responsum, & cum causæ congregationi nos voluerit euidenter agnoscere. Nunc verò, quia præstante Domino nostro, data est facultas alloquio, congrua veneratione, debiti præbebimus sermonis officia. Data pridie Nonas Aprilis, Florentio V. C. Consule. Considerasti, puro, Hormisdæ Papæ prudentiam, ita aditum præfacere hæretico Imperatori ad Ecclesiam reuertendi, ut tamen cum eo quam cautissimè agendum instituat, cum nec assensum celebrandi Concilium eidem impartiri velit, nisi quæ in eo essent tractanda, primò significet. Eiusdem planè argumenti est epistola, quam reddidit ad Theodorum Thessalonicensis Episcopum, cuius est exordium: Vbi charitatis interese seruare præcepta, &c.

Ad priores autem datas ab Anastasio Augusto litteras ad finem anni superioris, quod haud certo homini easdem credidisset, tardius acceptas, mensē Iulij per Seuerianum breuiter ita respondit:

Bene clementia vestra confidit (sicut datu ad me gloriosius significauit assatibus) quod Republicæ vestra specialiter proficiat, si negotijs vniuersi Orthodoxæ fidei causa præponatur. Hæc est enim, venerabili Imperator, de suscepto moderamine Reitoris cura salubrior, ut cuius sui fauorem per opera bona conciliet, qui vniuersum & tribuit & restituit Imperium. Proinde in quoque & Domino nostro Iesu conuenit supplicare, ut qui de Ecclesiæ sua concordia vestram pietatem cogitare voluit, hanc semper hac parte concedere dignetur effectum: quatenus temporibus vestris Orthodoxæ fidei prædicationi vniuersi terrarum Orbis exultet. De his vero, quæ pro Synodali congregatione præcepisti, quid fieri oporteat, per fratres & Coepiscopos meos, qui prope subsequuntur, gloria vestra insinuanda mandauit, quorum suggestione (si diuinus fauor mea vota prosequitur) competentius poterit vniuersa cognoscere. Data octavo Idus Iulij, Florentio Consule.

Porro non sic mittit legatos Hormisdæ, ut inter sint ipsi Synodo, cum neque consenserit Synodum celebrari, sed potius eos legat ad explorandum, num res ferio ageretur, ac paratum inuenient Imperatorem profiteri velle fidem Catholicam Chalcedonenis Concilij, recipere quæ epistolam S. Leonis, & anathematizare hæreticos atque eorum communicatores, & hæc omnia non solum coram legatis profiteri, sed & sacræ promulgandæ constitutione vniuersi sibi subiecto Imperio seruanda præcipere, & alia seruare, quæ capitulis inferius recitatis sunt in illa inuoluculo custodiri: quæ cuncta si præstaretur ab ipso Imperatore Anastasio, tunc fore, ut etiam ipse Hormisdæ Papa ad componendas res Orientalis Ecclesiæ se conferret Constantinopolim. Hæc fuisse ab ipso Pontifice legatis credita atque litteris declarata, quæ dicuntur inferius, palam facient. Ita namque quam caute prouideat, cum veteratore fuit agendum Hormisdæ, ne maiestas Apostolica sedis ab ipso eluderetur, dum non ad fidem Catholicam stabilendam, sed ad regnum conservandum, Vitalianumque auertendum, eius aburi videretur auctoritate.

Fuerunt autem ad arduum opus delecti legati quatuor præstantissimi viri, inter quos primum locum tenuit Eudodius ex diacono iam Episcopus Ticinensis, de quo plura supra, sæpe superius: Fortunatus additus est Episcopus, sed cuiusnam Ecclesiæ, nonquam mentio: scimus tamen hoc ætate summâ claritudine vixisse Fortunatum Tuderitium Episcopum, de quo inferius opportunius dicetur: amarus de quo haud incongruum est, ut sui Episcopatus primitias eiusmodi legationis honestè functione faceret: his verò reliqui duo accesserunt Venantius presbyter & Vitalis diaconus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, quibus datus est Hylarus eiusdem Ecclesiæ Notarius. His igitur delectis Hormisdæ in Orientem ad Imperatorem legatis, eisdem eiusmodi litteris ad eundem dedit:

Hormisdæ Episcopus Anastasio Augusto.

Bene atque vtiliter serenitas vestra curam Principali acuminis non tantum in administrando Republica exerceat officio, sed melioribus eam nobilitat instituit, & per curam reintegranda vnitatis auctorem venerandis placat Imperij. Certi sunt enim de tutela regnantes, si nullas eisdem presidentibus, Ecclesiæ castitas importuna diaboli compixione maculetur. Vnde enim potest fieri, ut vitas pro Principibus ad Deum nostrum precis dirigat, si sit lethaler populus perfidia corruptus? Nam sicut ante omnia bona est per se iuxta Deum in Imperatoribus sapientia; ita de sacro mundorum pectorum pro his supplicatio debet & fidei animarum vberitate procedere. Nulla vobis, sublimissime domine, triumphorum materia poterit esse incandens, quam de subingatione perfidia.

Hoc etiam fiducialiter & pro commissis nobis officijs prærogatiua suggerimus: quia prope est, si suum splendorem aliena patiatur nube fuscata, qui cum, Deo tribuente, amonere possit, in subditu cuius manere permittit errorem. Ergo quia mansuetudo vestra futuram Synodum scriptis sacratissimis inuicem, cui nos interesse de-

die

XII. ac Gelas. Ep. 1.

b Gelas. Ep. 2.

XIII.

c Tom. 1. Epist. Rom. Font. ep. 1. Hormisdæ. XIV. HORMISDA PAPA AD ANASTASIAM IMP. KR. SCRIBIT.

d. Jan. 14.

XV. confectio

XVI.

c Tom. 1. P. 3. ALI. HORMISDA LIT. TERA AD ANAST. IMP.

XVII.

Q. AM. CAPTI. C. M. A. NASTASIO AGAT. HOR. MISDA.

XVIII. LEGATI DELEGATI AB HORMISDA PAPA.

f Tom. 1. Epist. Rom. Font. ep. 4. Hormisdæ.

XIX.

* placet.

XX.

* indica. uit.



XXX
*prosecutionem, perfoliationem.
QUA CON-
LITIONE
ADMIT-
TENDI
PRINCEPS
AD COM-
MYNIO-
NEM.

*indicare vel iudicare,

XXXI
*intentione

XXXII

XXXIII

XXXIV

His Patres, qui ista constituerunt, beati Petri Apostoli fidem secuti sunt, per quam edificata est Ecclesia Christi.

Si Imperator dixerit: Quod me vultis per locutionem facere, habete. Ecce mihi communicare, qui Synodum Chalcedonensem recipio, & epistolas Papa Leonis amplector: nunc communicare mihi. Respondendum est: Quo ordine pietas vestra communicari sibi desiderat? nec nos predicantem ista pietatem vestram vitamus, quod scimus Deum timere, & gaudemus, quia gratum vobis est Patrum consuetudinem servare. Fiducialiter ergo rogamus, ut per vos in unitatem reueretur Ecclesia. Sciatis omnes Episcopi voluntatem vestram, & quia Synodum Chalcedonensem & epistolas Papa Leonis seruatis, vel sedem Apostolicam constituta. Si dixerit: Quo ordine faciendum sunt haec, ostendere oportere. Iterum preces adhibere cum humilitate, dicentes: Pater vester scripsit Episcopis generaliter. Inngite huius litteris Sacrae vestras, significantes hoc vos vindicare, quod sedes Apostolica praedicat; & tunc qui sunt Orthodoxi, de unitate sedis Apostolicae minime separentur, & qui huius sunt contrarii, cognoscantur. Quibus ordinatus paratus est Pater vester etiam, si opus fuerit, suam accommodare presentiam, & quicquid expedit, seruatis Patrum consuetudini, pro integritate Ecclesiae non negare.

Si dixerit Imperator: Bene ista suscipite interim nostra ciuitatis Episcopum. Iterum preces inngite, humiliter dicentes: Domine Imperator, pacem venimus cum Dei adiutorio vobis aduentibus & presentibus, facere, & contentionem in ciuitate vestra. De duabus est personis intentio: ista causa proprium cuiusque habet: Generalitas Episcoporum prius ordinetur: fiat vna communio Catholica: sequenti loco de istis, vel si qui sunt alij extra Ecclesias suas, tunc diligentius potest causa cognosci. Si dixerit Imperator: De Macedonio dicitur: intellego subtilitatem vestram: hereticus est: nulla ratione reuocari potest. Respondetur: Nos, domine Imperator, nullum personaliter indicamus. Et si pietas vestra consideret, magis pro anima vestra & opinione loquimur: ut sit discussio. Si hereticus est, iudicio cognoscatur, ut non sub opinione Orthodoxi iniuste dicatur oppressus.

Si dixerit Imperator: Quid vultis: modo dixit de Synodo Chalcedonensi: dicitur & de epistola Papa Leonis: Ecce, qui est istius ciuitatis Episcopus, ab ista confectus. Respondendum est: Si ita custodit, in examinatione causa eorum augere plus poterunt: & quia seruo vestro Vitaliano Magistro militum talem decessu licentiam, ut huiusmodi a beatissimo Papa, ut pro causis talibus apud eum discussione causa huius personis, quibus de loco potest esse intentio, integra vniuersa seruentur. Si Imperator dixerit: Sine Episcopo debet esse ciuitas mea? Hoc vobis placet, ut vbi ego maneo, Episcopus non sit? Respondendum: Praxidimus de arum personarum intentionem esse in ista ciuitate. Quo ad canones pertinet, iam ante suggestimus: canones solvere, in religionem committere est. Multa sunt remedia, multa inuenta, per qua pietas vestra sine communiione esse non possit, & integra iudiciorum forma seruetur. Si dixerit: Qua sunt ista remedia? Respondetur: Non a nobis nouiter inuenta. Suspensa causa de alio Episcopo persona, qua confectus confessione pietatis vestrae & constitutus sedis Apostolicae, interim vsque ad euentum cognitionis, teneat locum Constantinopolitani sacerdotis, si eum Dei adiutorio Episcopi voluerint se accommodare sedis Apostolicae. Habetur textum libelli in scriptis Ecclesiae eadem, iuxta quem debeant profiteri.

Si tamen contra alios Episcopos Catholicos fuerint data petitiones, magnopere contra illos, qui sine concordia Chalcedonensem Synodum anathematizant, & epistolas non recipiunt sancti Leonis Papa: petitiones suscipite, causam tamen in sedis Apostolicae reuerentia iudicio ut & spem de audientia detis, & tamen nobis debita reuerentia auctoritas. Si tamen Imperator Serenissimus istum se promissurum esse facturum, tantum ut nostram presentiam accommodemus: modis omnibus prius Sacramentum ipsius per Episcopos & per epistolam vestram, vno de vestris perferente per prouincias, vna cum personis, quas Imperator deputauerit, desinate: ut si cum seruare Chalcedonense Concilium & epistolas S. Leonis Papa, omnibus innotescat, quibus ita procedentibus, ad nos in Christi signo, ut aduentum procuremus, scripta dirigite.

Præterea est consuetudo, per Episcopum Constantinopolitanum omnes Imperatori Episcopos presentari. Si hoc illorum callidus tractatus inuenit, volentium formam legationis agnoscat: ut cum Timotheo, qui modo videtur Constantinopolitanam gubernare Ecclesiam, imperatorem videatis: sic facite, ut si ante agnoueritis, quam ad imperatorem ingrediamini, ista disponi per aliquos; necdum

presentari, dicitur: Mandata talia nobis dedit & praecepta Pater pietatis vestra, ut sine aliquo Timotheo videatis, ita suggerit. Praecipiat pietas vestra nobis dare secretum, ut causas, pro quibus missi sumus, exponamus. Si dixerit: Dicitur, ecce ante ipsum. Respondetur: Non iniuriam facimus: sed quod ad causas pertinet, etiam ipsius continet legatio vestra ratione; & suggestio vobis nostris presentem esse non potest. Et nulla ratio eo presentem aliquid aliteris, sed egressis, delegationis textum exerit. haec tenens Indiculus, huc quod dicitur Commonitorium, sequuntur post eum assertiones singularum causarum, in hunc modum:

Capitula singularum causarum.

Ut S. Synodus Chalcedonensis, & epistola S. Leonis Papa seruentur. Vtq; clementissimus Imperator consentiens debeat pietatis sua Sacra generalia ad vniuersos Episcopos destinare, in quibus significet praedicta se credere, & vendicare.

Consentientes in Episcopis in Ecclesia, presente plebe Christiana, hac praedicare debeant: Amplecti sanctam fidem Chalcedonensem, & epistolas S. Leonis Papa, quas scripsit contra hereticos Nestorium & Eutychetum & Dioscorum, sed & contra sequaces eorum, Timotheum, Helarium, Petrum, vel contra eos, qui in ipsa causa tenebantur obnoxij, simul etiam & Acacium, qui quondam Constantinopolitana Ecclesia fuit Episcopus, sed & Petrum etiam Antiochenum anathematizantes cum socijs eorum. Hac manu propria, presentibus electis venerabilibus viris, scribentes, faciant secundum textum libelli, quem per Notarium nostrum edidimus.

In exilium deportatos pro causa Ecclesiastica ad audientiam sedis Apostolicae reuocandos, ut iudicium & vera examinatio de his possit haberi: ita ut causa eorum inquisitioni integre referretur.

Si qui verò sacra sedis Apostolicae communicantes, Catholicam fidem praedicantes atq; sequentes fugati sunt, vel in exilio detinentur: horum nullum est ante omnia reuocari.

Præterea quae legatis inter reliqua iniunximus: ut si contigerit libellos porrigi aduersus Episcopos, qui persecuti sunt Catholicos, de his iudicium sedis Apostolicae referretur: ut circa eos vniuersorum Patrum positum constituta seruari, per qua adhaerit generalitati proueniat, haec tenens data legatis ab Hormilda Papa capitulum. Quibus plane intelligis, quantum agat prudentia Romanus Pontifex, quantumq; cautela tractet cum haeretico Principe, pollicente licet se Catholicam fidem integre profiteri: & illud in primis ab eo exigat, ut publicè eadem functione in omnibus, quibus imperat, locis in notescere faciat, licet in omnibus assentiri Catholicae fidei ipsi exhibita per legatos Romani Pontificis: Quod si facere renuat, eum indignum putat Apostolicae Ecclesiae communionem: cogit, ut cuncta antea praefert, quae Catholicum decet Imperatorem: ut sic in omnibus prospectum esset Catholicae Ecclesiae maiestati, atq; Romani Pontificis auctoritati, qua perfidus conarerit abuti ad sua ipsius studia confuenda, & labantem statum Imperij solidandū. Sic iugiter tantum absuit, ut fuerit Hormilda Oecumenicum, quod indixerat Anastasius, Concilium celebrari, ut abq; Concilio leges ipse prescriperit Imperatori & vniuersis Orientis Episcopis, quas legisti quinque distinctas capitibus. Porro quod ferebatur Oecumenicum iudicium esse Concilium, in quo omnes omnium Ecclesiarum forent controuersae dirimendae, placuit etiam Theodorico Italiae Regi ea de causa legatum mittere Constantinopolim, delegitque ad opus vitum insignem Agapitum, ad quem de eius facta electione ista scripsit:

Agapito V. I. Patricio Theodorico Rex.

Deliberationis nostra consilium virorum prudentium requirit obsequium: ut vilitatis publica ratio sapientium ministerio complectatur. Et ideo illustri magnitudo tua, Deo auxiliante, cognoscat legationem nos ad Orientem delibere vestram: mittere: cui te idoneum iudican-

la An
fom de
pisti
p. iii. d.
XXXV

XXXVI
CAVTE
LA PER
SCRITA
AD NOB
PAPA O
RIENTIA
LIVV

XXXVII
VII

XXXVIII
CAVTE
GITHOR
MISDA
GYH ANA
STASIO

XXXIX
S. An
Capit
Par. lib. 2.
cap. 6.
XXXIX
THEODOR
R. I. B.
GATIO IN
ORIENT
T. M.

dican-

dicentes, iussu presentium exocamur. Sed licet omni legato, virum sapientem requirat, cui provinciarum vultus, totiusq; regni status committitur vindicandum: nunc tamen necesse est prudentissimum eligere, qui possit contra subtilissimos disceptare. & in conventum doctorum sic agere, ne suspicari causam esse tridita possit ingenia sperare. Magna res est, contra artifices loqui. & apud illos aliquid agere, qui se putant omnia providere. Latere igitur tanta iudicio; quando ante suspicis electionis donum, quam iure potuisse probare ingenium. hanc Theodoricus de legatione Agapiti: quem illum ipsum putamus virum clarissimum, q; post annum sequentem Consulatum gessisse reperitur.

XL. Accessit ad huc, ut etiam & ipse Romanus Senatus per Apostolicæ sedis legatos litteras reddiderit ad ipsum Anastasium Imperatorem, quibus significavit, quam promptus esset idem Rom. Pontifex ea, quæ ad vniuersalis Ecclesiæ statum spectarent, propèssimò studio procurare. Litteras verò ipsas à Senatu conscriptas ex eisdem codicibus acceptas hic describendas esse putamus: sed primum emendandus est, qui repperit error in titulum, qui sic se habet:

XLI. Rescriptum Senatus Verbis ad Anastasium Imperatorem. quod verò subditur. Per Theopompum & Severianam. errore librarij factum scias, qui per eosdem scriptas has litteras posuit, per quos superius in codice posite alie littere datæ leguntur anno sequenti sub Consulatu Petri: cum tamen has legatis Apostolicæ sedis hoc anno missis datas esse, sine eiusdem epistolæ discretis verbis significetur. Ipsa igitur Senatus ad Anastasium Imperatorem epistola planè digna, quæ his inferatur (vt potest quod per ipsam idem Senatus enarrat, quæ transecta sunt cum ipso Romano Pontifice, nimirum quæ dixerit verba Hormisdæ Papa, cum eum pro Anastasio ipso Senatus conuenit) est huiusmodi:

XLII. Si prima semper est, Imperator iuuide, a regentibus supplicium spectata deuotio, si solo gratia dominorum conciliatur obsequio: indubitanter agnosces, sacra iussione oracula quanta Senatus vestri fuerint gratulatione suspensa: maxime cum ad hoc & animus domini nostri inuicissimè Regi Theodorici filij vestri mandatorum vestrorum obedientiam præcipit accedere; & sciamus super omnia beneficia vestra tunc magis nos erigi, cum dignos creditis, quibus debeat imperari. Nos igitur sacra studio iussione implenda beatissimum Papam Hormisdam credidimus deprecandum: de quo parum est dicere, quia vicia supplicantiū benignitate præcipit; sed & nobiscum suas preces, vt quod hortamini, par, adiunxit, angelicus voluntatem suam testimonijs asserendo, ostendens merendum supra multitudinem peccatorum suorum scandalis plis granuarum, dum vox sit ista Dominica: V. a mundo à scandalo. Et idem, oportere homines scandalis partem membrorum abscondere, quam vt in ignem, non renuicendo scandali mittantur æternum.

XLIII. Sed & post hac diuine lectioni exemplis, quam boni sint fructus pacis ostendit, cum dicitur. Et apostolus Paulum gratia Dei plenum, nihil tamen quibus bene cupiebat, quod optaret melius inuenisse, nisi vt pax Dei, quæ est supra omnem excellentiam in cœlis sensibus abundaret. Quodq; in Evangelio Domini sit vox dicentis: Quoniam pacifici, filij Dei vocantur. Vt iterum ad ipsum Scripturarum omnium reuertendo doctorem, quanto ipsa vel fide, quæ & ecclesiæ regna presumimus, & à peccatorum cruciatibus credendo saluamur, charitas sit maior ostendit, testimonium rationis subiciens: Spes, fides, charitas, maior autem horum, charitas: id est, Spiritus, gratia donante diuina, charitas quoque virtutibus omnibus exaltat. Non habentes ergo, si & propter panam scandala declinamus, & pacem propter panam bona testamur, & à charitate nos, qui est charitas, Christus hortatur. Quod est enim, quod retinet Catholicos ardore fides: Quod est, quod delinquentes Acacij impediunt volentes Christum videre personam: Quod est, quod à suo liberari, alioquin grauantur errore: huc culq; verba Pontificis, ipsi verò subdunt:

XLIV. Hæc enim venerabilis Papa latitè fuerint expedita & scriptis, pro nostra tamen obsequio credidimus deuotionis iudicanda, ne non rogesset patremur, recordando responsum, quod accepimus deprecantes. Prorinde, piissime Imperator, hæc nos nomine Senatus, penitentiæ tue clementia pronocatus, adiunxit, vt qui animo quam benignus in vtraq; Republica concordanda fuisset, tam esse pio in Ecclesiæ re-

integranda unitate noscatur. Nam vt pax illa regnum tantum scitur professe subiectis, sic hæc religionis cum populo suo proficit imperanti. Et cum quis non hæc sum per fidem sequaces plura quam ipse deliquisse patet auctores: Qui nos post patibulum crucis dimittentes Deum Christi membra tendunt: Vt in hac tam vobis regnantibus causa capisset, vt facilius malana sententia reprimere, quam produca. Nam quis adhibet non potuisse eum existere, cum corrigi temporibus videret errorem: hic finis epistolæ, cui mox istam dictis codicibus iuncta leguntur: Per Ennodium & Fortunatum Episcopos, Venantium presbyterum, Vasilem diaconum, & Hilarem Notarium, legatos Apostolicæ sedis.

Profecdi igitur ab Vrbe legati, feliciter Constantinopolim peruenere, honorificeque ab Anastasio Imperatore suscepti sunt, cuius tamen studium cum in eo totum collocatum esset, non vt Catholicam fidem exalem resisteret, quæ licet verbis prædicaret, animo tamè penitus detestaretur, sed vt per simulatam Catholicam pietatē in seipsum sibi conciliaret populum Constantinopolitanum, atq; milites aduersantes & Viliam fecit ad destituta penitus signa reuocaret, mox capitibus cunctis legatis ostēsis assensus est, atq; omnibus, quæ per eosdē legatos Hormisdæ nomen produlata sūt, libentissimè acque vit, vno illo excepto capitulo, quod neq; populo Catholico Constantinopolitano, verbis esse gratum sciret, immo cuius infamiatione magis magisque se populi gratiam consecuturum cognosceret: istud autem erat de nomine Acacij, cuius hæreticis condemnando facta peritio. Etenim ipse populus Acacij non minus studiosissimus, qui id ante fieri, haud aliquando passus fuerat, cum à prædecessoribus Romanis Pontificibus tentaretur, minime assensurus esset tantæ ignominiam suam, quem adeo dilexissent, Antihæreticum fieri.

Hæc igitur arte vaser & subdolos Imperator hæreticus, opportuna oblatij sibi occasione captarā, quod diu fuerat aucupatus, ad seipsum sibi populū studiu, ob reterant nomen Acacij, est facillimè concessurus, cum præsertim id absq; ulla Catholice fidei præfari posse hæc ex parte cum populo æquè sentire proficeretur: & ipsos medicos, qui venerant eos curare, legatos, inquam, & Apostolicæ sedis, reddidit illis exosos, veluti inimicos: atque ita quæ magis ipse legatis est refragatus, eò magis sibi populum reddidit obloquentem, vt præ qui eum vt protectorem & defensorem colebat denuerit Romanum Pontificem memoriam Acacij penitus abrogare conantem, ita etiam ex sententia effecit, vt Catholicos inter se cōcertantes daret & detineret, quousq; ipse sui compos fieret desiderij. Nactus ergo quam qualiter accommodatam fatis ad Catholicos fallendos arte, persistit in sententia, vt Catholicum in omnibus præferret civibus similem, quorum gratiam Acacij nominis retetione atq; defensione subdola mente redeperat. Verum quod temporis dilationem sue sciret nullæ conducere, haud legatos dimittere voluit, sed bona spe aluit, & vltimū sequentis æstatis tempus retinuit, atque opni est p. obsecrati humanitatis officio: plurimum enim sebat sibi conducere ad concitatos compescere nos tumultus moras nullam, & ipsorum legatorum in vrbe presentiam: sed ad maiorem faciendam animi sui fidem, honorificentissimam in ipsorum reditu ad Hormisdam Romanum Pontificem legationem decernit, populo talde gratam, quæ præferret eum retetione Acacij nominis, sancti oportere ab omnibus expectari Ecclesiæ tum cōcordiam.

Rursus autem ad eandem populi gratiam sibi conciliandam dedit Ecclesiæ Constantinopolitanæ reddidit septuaginta librarum auri, eam ob causam, vt scilicet exequat sine sumptu & gratijs liceret Constantinopoli, e diditque ea de re publicam sanctionem f. quæ quidem Anastasij munificentia plurimum commendata fuit à Iustiniano Imperatore in Nouella constitutione de impensa de bita in exequijs defunctorum, cuius est exordium: Singula bonorum operum, &c. Sic igitur his officijs populum demeteri conatus, atq; dulcis prætextu pacis sub istiusmodi simulationis inuolacro lauit, qualis iuris esset Anastasij, secū-

Hilari-um

XL V. ARTES, SYBOLA ANASTASII IMP.

XL VI.

XL VII.

Fl. Cod. de sacra. Eccl. col. 21. gloss. Nou. 19.



Proh. 29.

dum illud Prouerborum: Homo qui blandus & suavis sermo- nis loquitur amico suo, etc. expandit gressibus suis, at quodnam illud fuerit, detegatur in sensu suo loco. Hæc quidē cun- da tranfacta esse in hac legatione Constantinopoli, littere ipsius Imperatoris per legatos ab eo missos Romam red- ditæ Hormisdæ Papæ declarant, quas sequenti anno, quo sunt datæ, referemus. Ex his autem habes, vnde redarguas Miscellæ auctorem historię, vbi his contraria profusus af- fert, istis verbis: Anastasius non solū salubria eorum monita spre- uit, sed insuper etiam à suis conspectibus non sine contumelijs expul- sit, nauigij fragili imposto mandat, ne ipsam per totam Græciam ad aliquam ciuitatem accederent. hæc tamen vera senten- tias, si nō ad priorem hanc, sed ad posteriorem ab eodem Pontifice missam referas legationem, de qua suo locq̄ di- catur sumus.

XLVIII

Hoc eodem anno subijsdem Consulibus (vtrauctor est Marcellinus in Chronico) impia Asiadna Augusta defun- cta est, annis (vt ait) sexaginta in Palatio exactis. Vt planē nihil sit, quod ex hæreticorum prosperitate quis scanda- lum pati debeat, cum nequissimam feminam malorum omnium conciliatricem, in detrimentum Ecclesiarum om- nium, vitam adeo longeuam in Imperio agere Deus permiserit.

XLIX.

Hoc item anno idem restat Marcellinus funebre il- lud accidisse, vt Hunni Armeniā transmilla, etiam Cappa- dociam deuantantes, vsque ad Lycaniam peruenerint. Quis verò hoc tempore esset Ecclesia Cappadocum, ex eius Metropolitano Episcopo Casariensi Sotericho Eury- thianorum principe conijcere possumus, de cuius impietate satis superius dictum est, vbi egimus de pseudosi- nodo Sidone habita, & de promotione Seueri. Quid autem Macedonio in Armenia tunc exultanti contigit, Cedrenus hoc eodem anno ita narrat:

Chren. in Chron. L. DEMAC- DONII OBITVS ET VINCIA COSTIN- SA.

Macedonius quidem iam periculo proximus inde profugit, & Gangram peruenit. Anastasius de hoc certior factus, iussit eum rige- debi excederi, misso etiam vt aiunt) percussore. Sed Macedonius Gangra mortuus in adeo martyris Callinici tumulatus est, multoq̄q̄ à morte sua morbis liberatus. Cumq̄ iam esset in sepulchro condend- dus, antequam id fieret, sublatâ dextera manu, crucis quoque sepul- chrum obsignauit. Idem Theodoro cuidam suorum familiarium per visionem dixit: Excipe hæc, & tibi, & Anastasio reuera: Ego qui- dem Macedonius abeo ad patres meos, in quorum fide perstraxi, inter- rim tamen semper Deum interpellabo, dum tu quoque venias, & causa nostra disceptetur. hæc auctor: eadem ex Theophane in Miscellâ, & Anastasio Bibliothecarius in Chronico, nection Theodorus Lector; nisi quod nō ab eo ob signa- tum dicit sepulchrum, sed ipsum consueto more in sepul- chro cruce signato esse se conditum. Porro de miraculis nihil nec quidem apud Græcos coli memoriam eius, sicut aliorum Sanctorum, Menologia, quæ vidimus, vestigium vllum reddunt: sequæ enim verè ab eo edita miracula po- tuissent probari, vtique pro eo allata ijs testimonium fuis- sent, cum de abolenda eius memoria è sacristabulis, in quas illata erat, actum est. Sed passim demum Constanti- nopolitanos & Orientales Episcopos, sicut Acacij, ita & Macedonij & Euphemij nomina expungi è Diptychis, suo loco dicemus. Caterum Macedonij obitum nos ante sequentem annum accidisse putamus, quem ex loco exilij hoc anno Hunni fugarunt in Paphlagoniam.

LI.

Contigisse hoc item anno tradunt, sicut Cappadoces à fide Catholica deuos per Hunnos affligita & Alexandria- nos in hæresi diu perseuerantes à demonibus inq̄sari. nam idem qui supra auctor subdit: Eodem anno Alexandria viri plurimi, iteuq̄ mulieres & pueri grauiter à demonibus verbe- rati, assidue lacerabant. In somnis autem euidam terribilis quidam apparuit, dicens, ciuibus hac ob damnationes in Chalcedonense Con- cilio ecclesias accidere. hæc Cedrenus; eadem Theophanes illata in Miscellam. Ita planē canum laceratum edere com- pulsit Deus loco humane vocis miseris Alexandrinos à fi- de Catholica deuos, qui canum instar oblatrare cōtra Syn- odum Chalcedonensem non desinebant: qui eam cum excussissent à se suauissimum Christi iugum, meritò passi sunt demones obidentes: vt ex hoc ipso saltem discerent illud Hieremix: Quam malum & amarum reliquisse venam

Hier. 2.

aguarum vicentium Dominum, & solisse sibi cisternas dissipatæ. Eidem quoque historię veritati adimplatur Anastasius Bibliothecarius in Chronico, & alij, qui postea extiterit, recentiores auctores. Porro hæc nō abiq̄ fructu contige- runt: siquidem addit his Anastasius, eodem tempore mo- nachos hæreticos recantantes palinodiam scripsisse qua- tuor libellos contestationis, quorum duos Imperator, al- ium Præfæctis prouincie, quartum verò Ioanni Episcopo Hierosolymorum obtulere, contestati se sanctam Syno- dum Chalcedonensem amplectari, detestari verò Seueri cum suis sectarijs, & in pròptu habere mortem oppetere pro fide Catholica. Sed & Illyrici Episcopos addit misisse Romam Catholicæ fidei confessionem ad Romanum Pontificem.

Hoc eodem anno vigesimo quinto Anastasij Impera- toris Himeranni populi Auslrales ad fidem Christi con- uersi sunt: de quibus pauca hæc Theodorus Lector: Himeranni gens est Persis tributaria) in extremis Auslralis plage, & ab initio Iudæi fuerunt: eo verò tempore, quo Regina Austri venit ad Salomonem, facti sunt Gentiles. His sub Anastasio Christi sunt facti, & Episcopum acceperunt. hæc Theodorus, eademq̄; Nice- phorus. At tantæ rei gesta historia scriptorum inopia remanet obscura: etenim quoniam prædicante, quibus præcedentibus signis, quise eis primus fuerit datus sac- rorum Antistes, penitus ignoratur.

Quam benè accidit, secundum illud propheticum de Ecclesia Catholica dictum: In tribulationibus dilatasti mihi, vt quo tempore magis minui videretur Catholica fides in O- riente, eo maiores fierent ad Christianismum accessiones, Saracenis (vt vidimus) & Himerannis Euangelium capef- sentibus. vnde illud Ecclesia iure cecinerit: Populus quem nō cognouisti, strinxit mihi, in auditu auris obeduit mihi. Filij alieni mentis sunt mihi, filij alieni inuenerati sunt, & claudicauerunt à semitis suis, quod Dei benignitate hoc nostro sæculo abundan- tianus experimur, dum quo tempore peruenis erroribus Aquilonares prouincie maiori ex parte à fide Catholica defecerunt, Ecclesiæ Catholicæ nouus Orbis accreuerit, & Ecclesia Romana accipiens Euangelium: vt planē om- nes intelligant, peruiilem eius cultorem, magnum illum agricolam, qui semper operatur, loco palmitem arefecit, n alios maiori fructuditate sufficere, & loco vineæ ab apro siluestri depulsa, atq̄, fustis, igne, & succense, alia sibi latioribus terminis vberiora trans mare plantare vi- neta.

IESV CHRISTI Annus 516.

HORMISDÆ PAP. ANASTASII IMP. 26. ANNUS 3. THEODORICI REG. 14.

QVINGENTESIMVS decimus sextus Domini voluitur annus, Consulatu Petri sine collega notatus: Inter nobilissimos Senatores hic doctrinâ ac pietate claruit, ad quem extant Epnodij plures epistola, mentio est patris de Petro Romano viro clarissimo apud Sidonium. Hic ergo vbiq̄ spectatus hoc ipso anno meruit Consulatum: quo detentis diu Apostolicæ sedis legatos Anastasius Im- perator, magnâ spe alitos vniêdæ Orientalis Ecclesiæ, ita dimisit, vt ad cuncta perficienda expectare se adueniunt Hormisdæ, iteratis litteris astuto consilio simularet, quod vt magis persuaderet, vnâ cum eisdem legatis redeuntibus Romanis, ad componendâs res honorificentissimam lega- tionem ad eumdem Hormisdam Pontificem misit, viuis clarissimis ad opus delectis, nempe Theopompo Comite Domitiorum, & Seueriano Comite sacri Consistorij, quibus & litteras ad ipsum Romanum Pontificem dedit.

Quod

LII. Cedren. in Chron. hoc anno. h. Theol. lib. 2. Callist. in Niph. lib. 10. c. 24.

LIII. P. sal. 4.

P. sal. 17.

Isid. 5. P. sal. 79.